



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

28 de Pœna diuina alterius seculi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

rei militaris admissum, sortitione in quosdam animaduertitur, ut
 metus videlicet ad omnes, poena ad paucos perueniret. ¶ Supplicii a-
 liud ¶ nouum genus & crudele, quo vti sunt Poeni in Actium
 Regulum, qui eum in profundas tenebras claudebant, & diu
 post vbi erat visus sol ardentissimus repente educabant, & ad-
 uerfus ictus solis oppositum tenebant, deductis ac insutis fur-
 sum deorsumque palpebris, Gell. lib. 6. c. 4. Cic. in Iulion. & in offi-
 ciis. Addit D. Augustinus lib. 1. de ciuit. Dei. c. 15. & Valer. Maximus
 lib. 9. c. 2. inclusum angusto ligno seu dolio vel armario, vbi stare
 cogeretur, clauis acutissimis vndique confixo, vt se in nullam e-
 do peremisse. ¶ Aliud ¶ crudele Mezentii inuentum supplicii-
 um, apud Virgilium relatum lib. 7. Aeneid.

Mortua quinetiam iungebat corpora vituis,
 Componens manibus, manus, atq; oribus ora.
 (Tormenti genus) & Janie tabog, fluentes
 Complexu in misero, longa sic morte necabat.

7 ¶ Aliud ¶ exemplare, nimiaeque crudelitatis, inactatio. Sic Octa-
 uius Celsus, Suet. in Octauio, c. 15. capta ciuitate Perusia, quae e-
 rat partium Antonii, trecentos ex deductis electos viriisque
 ordinis, ad aram Iulio structam, idibus Martii hostiarum more
 8 mactauit, in poenam defectionis. ¶ Seruitus ¶ in poenam quoq;
 infligi solita. Seruitutis poena a delicto sumit exordium, im-
 posita a Noacho: euigilans enim a vino, cum didi. ill' et quae fecerat
 ei filius suus minor, ait, Maledictus puer Chanaan, seruum seruo-
 rum erit fratribus suis, Genes. c. 9. can. sexto die. 35. d. st. Benedictus sit
 Dominus Deus Sem, & Chanaan seruus eius, Fium quidam iure
 ciuili serui poena, in quam ob crimen damnati, veluti in me-
 tallum & in opus metalli damnati, Mart. in liquidum, 17. de pen.
 in P. Laurent damnum, §. est poena eod. in metallum, C. de bon. proscript.
 §. poena, quib. mod. ius patr. pot. sol. In poenam etiam priuatiur inge-
 nitate, qui ad pretium participandum se vendidit passi sunt, §.
 serui autem, de iure perso. l. §. seruorum, §. 1. & l. homo liber, de sta-
 homi. lib. l. P. Hermogen. l. pactio, 40. de liber. cau. lib. 40. P. l. 12. In-
 digni habiti libertate, qui tanto bono & inestimabili. l. libertas,
 de reg. iur. abusi erant. Sicuti & in reliquis priuilegium mereret
 amittere, qui sibi concessa abutitur potestate, cap. priuilegium, 11.
 9. Neque hic minori 25. annis competit in integrum restituti-
 o: si maior tamen sit 20. annorum l. si ex causa, 10. §. Papiannus,
 de minor. 25. an. in P. ¶ Sic Romani, ¶ Annibalem ante descuerant, igno-
 miniaz causa non milites scribi, nec pro sociis haberi, sed magi-
 stribus in prouincias euntibus parere & praemunitate seruo-
 rum vice decreuerunt. Idem & aduersus Picentos & Leucantios
 obseruatum est, viatorumque & seruorum vice habiti sunt, vt
 10 scribunt Strabo lib. 5. & Aul. Gellius lib. 10. c. 3. ¶ Poena ¶ etiam loco
 habitum, sepultura post mortem priuari, vt Romanorum le-
 gibus saepe cautum reperitur: veluti illa, ¶ Parentes in calamitati-
 bus relinquentes, in sepulchri abiciantur: homicidae in sepulchri abiciantur.
 Deum in Prophetam contra praecipuum ei datum reuertentem
 & manducantem statuit, quod non inferretur eius cadauer
 in sepulchrum patrum eius, 3. Reg. 13. Et in more fuit, vt ait D. Am-
 brosius in psal. 118. sermo. 20. quibusdam gentibus, vt facinoroso-
 rum corpora non quidem in totum sepultura priuarent, sed ab-
 scisso capite reliqui corporis truncum sepelirent. Ea nimirum
 ratione, quod iustum sit vt qui turpi, vel k. electo reatu belluinae
 obsecrationis illuuiem vel bestialis immanitatis horrorem com-
 mississe derecti sunt, tanquam ii qui proposito humanae mode-
 rationis exciderint, formam quoque humanae conditionis iu-
 beantur exuere. Et qui sapientiae non potuerunt tenere ratio-
 nem, etiam post mortem sapientiae arce, quod est caput fraudati
 sine decore suo sepeliantur. Et caput ita praecipua pars est in se-
 pulchra, quae religiofum locum facit, l. cum in diuersis, de relig. &
 sum. fun. in P. Poena coniuatorum Germanici Vespasianus ad-
 dendam censuit, vt in sepulchri proicerentur, Suet. in Vespas. ca. 2.

De Poena diuina alterius seculi. Cap. 28.

- 1 Improbis cur in hoc seculo poenis, vel boni felicitate non donentur a Deo.
 - 2 Poena diuina alterius seculi duplicis generis, temporales, & aeternae.
 - 3 Poena aeternae poena quibus ind. cta.
 - 4 Aeternarum poenarum gradus & diuersitates.
- 1 Non ¶ semper Deus punit in hoc seculo delinquentes, quae admodum in ipso non semper retribuit plene pnis & pro-

bis hominibus: illis enim poena huius seculi facis grauis non est,
 & adhiberetur interdum peperam, cum videat morbos eorum
 immedicabiles, nec ad meliorem frugem conuerti posse. Ali-
 quando etiam & quaedam bona fecerunt, in quibus vel non ex
 animo versati sunt, vel postea voluntarie & sponte ab optime
 cepto destiterunt, pro quibus & Deus, qui hos aeterna vita indi-
 gnos scit, temporalis quidam felicitate & retributione donat. Ita
 enim Deus bonus & iustus est, vt mala impunita nunquam vel
 benefacta iremunerata relinquat. Vnde dictum de improbis,
 qui boni quippiam aliquando fecerunt, receperunt iam mercedem
 suam, Matth. 6. & cauendum de poen. dist. 4. At pii contra vix ple-
 no haustu vnquam istius seculi bonis satiantur, nec sine quoti-
 dianis admonitionibus & concertationibus & flagellationibus
 exigunt dies. Cum enim in multis offendamus omnes, nec vllus
 mortalis natura peccato mundus sit, Deus optimus maximus-
 que, quos amat, admonet, castigat, vt patet qui filios carissimos
 habet: ne voluptatibus istius vmbrae & fugitiui mancipii,
 mundi inquam, dolis inescati, aeterna amittant. Punit eos in hoc
 seculo, vt pueros possit remunerare, de his omnibus vide c. pium
 est ca. si quando, ca. cauendum, & c. quid ergo, de poen. dist. 4. Tota
 fere vita nostra poenalis est, vt docet D. Augustinus lib. 21. de ciuit.
 Dei. c. 14. Suntque poenae temporales in hoc seculo, & post mor-
 tem ad emendationem, quas purgatorias idem Augustinus dicit,
 iis videlicet qui coerciti corriguntur, idem, 12. c. 13. alias autem
 esse sempiternas & ad condemnationem aeternas. ¶ Itaque
 in alio seculo ¶ Deus infert poenas duplicis generis, ratione ad-
 missorum delictorum. Nam quaedam elui possunt, & poena me-
 liores quidam delinquentes sunt: quaedam autem immedica-
 bilia sunt. Atque vt in hoc seculo criminibus, quibus mederi po-
 test, aliud quam extremum mortis infertur supplicium, quo pur-
 gari possit reatus, & melior fieri delinquens: iis autem, quibus
 spes correctionis & veniae non est, mors poena est: sic in alio se-
 culo animam, quae delicta expiabilia commisit, alia quam mor-
 tis aeternae poena emendari par est. Eam autem, quae immedica-
 bilia commisit scelera, aeterno supplicio damnadam accepimus
 & credimus. Oportet enim necessario & ratione suadere ita fieri.
 Homo quippe constat corpore & anima: hicq; morte natura-
 li soluitur in corpus & animam, & hoc mors est: hic aliquando
 in anastasi & resurrectione generali omnibus, redibit coniuncto
 corpore & anima integer, vt vel vita aeterna cum corpore & ani-
 ma, vel aeternam mortem recipiat. In hoc seculo delinquens praeci-
 pue corpore pl. citur, vel remuneratur: in temporalis, post mor-
 tem ante resurrectionem, supplicio, corpus in terra quiescit & no-
 patitur: anima autem sola patitur, vel gaudet. Post resurrectionem
 ista duo simul anima & corpus vel patientur, vel gaudebit aeterna
 num. Spes salutis & gloriae ppetuae est, temporalis poena deputari
 animam expiandam: q; aliquibus grauior, aliquibus minor est, prout
 peccatū expiabile, graue vel minus. Super fundamentum enim fi-
 dei, q; accepimus, superaedificat quilibet opera, quae probanda
 sunt, nū legitima. Aedificamus ligna grauiora, mortalia peccata,
 q; diutius vt consumantur torquent delinquentes: ite saeuū le-
 uiora: & stipulam leuissimam: vniuscuiusque opus quale sit, ignis
 probabit. Si cuius opus manserit, quod superaedificauit, mercedem
 accipiet: si cuius opus arserit, detrimentum patietur, vt ait iisdem
 verbis D. Paulus 1. ad Cor. c. 3. explicatur, in c. numerarium,
 §. alius autem, 25. dist. 1. ¶ setamen, inquit, saluus eris, sic tamen quasi
 per ignem. Ignis autem ille purgat aliena opera a fundamento fidei,
 non iteus ac ignis elementatus feces ab auro: sicuti igne splendidi-
 us mundusq; redditur si anima detersis sordibus igne illo pur-
 ganti eluta, & splendida a maculis libera vita obtinet aeternam,
 qua peccatis polluta obtinere non poterat. Et purgatione meriti
 passionis & redemptionis Domini nostri Iesu Christi facta, e-
 ius regno fruatur. Leuis quidem illa temporalis alterius seculi
 poena, habita ratione aeternae dānationis: verū collata cum huius
 vitae corporalis supplicii, quae hic maior & summa est, longe om-
 ni alterius seculi minori poena leuior est, can. quis in aliud, 25.
 dist. Vt anima enim sensibilibus sua natura, & nobilior corpore:
 sic punitio animae intensior extensione qualibet afflictionis &
 doloris corporei. Nec hoc eget maiore cōprobatione, cū nemo
 adhuc viuens hic nō experiat, plus afficere animi afflictionem &
 tristitiam, quā quemlibet corporis dolorem: & maiorem poenam
 esse mortis metum, quam mortem ipsam. ¶ Poena ¶ mortis aeternae
 3 statuta est in peccato perseverantibus nec resipisc. entibus, fi-
 deiq; transgressoribus, can. scimus, 12. q. 1. Et quumq; visum, vt qui
 nunq; in hac vita voluerūt peccato carere, nunq; aeterno carcant

supplicio, & voluissent. §. prater etiam. de pœn. dist. 1. ¶ Supplicium illud 7 eternum varios gradus habet quoque pœnarum: ignem aeternum paratum diabolo angelisque eius, D. Math. 25. Mar. 3. id est, administris. & qui facti sunt peccando similes ignis ille inextinguibilis est. *Elaia. c. fin. de pœn. dist. 7.* Est stagnum ardens, *Eccle. 7. vbi cruciabatur impius diues, Luca 15.* Supplicium aliud, fletus & stridor dentium, *Math. 18.* quia tranfunt rei ab aquis niuium ad calorem nimium, *Iob, 14.* Ibi, horror sempiternus, *Iob, ibid.* nullusque ordo. Alia pœna, plangit sine consolatione perpetuus, *Apocalyp. 1. Sapien. 5.* vermis seu conscientie immortalis contra se testimonium, *Elaia. c. fin. cap. quoniam, 19. dist.* Multa alia, de quibus dicere superfedebam, & theologis explicandas relinquo. Dicam tantum principibus, regibus, monarchis, pontificibus, & ceteris potentioribus, qui minime possunt ab inferioribus delinquentes puniri. quique sibi omnia licere putant, quia a maiore homine non se reprehendendos, vel plectendos arbitrantur, has pœnas, hoc diuinum iudicium timere eos oportere. Est enim Deus iudex omnium, viuorum & mortuorum, qui feuerius iudicium in potentes exerceat, quos prae aliis honorauerit. Neque qui effugerint manus spiculatorum, vel iusti humani iudicii censuram corrumperint vel se fellerint, supremum diuinum Dei thronum effugere poterunt, in quo potentes fortiora tormenta patientur. Et,

Plus valet humanis viribus ira Dei, Ouid. 5. Trist.
De his pœnis & Virgilius lib. 6. *Aeneid. vers. 733.* cecinit:

*Quin & supremo cum lumine vita reliquit;
Non tamen omne malum miseris, nec funditus omnes
Corporea excedunt pestes penitus, necesse est
Multa diu concreta modis nosse feris.
Ergo exerceant pœnis, veterumq; malorum
Supplicia expendunt: alia panduntur inanes
Suspensa ad ventos: alius sub gurgite vultu
Inuictum elantur scelus, aut excurant igni.*

Plures alias refert Plutarchus in oratione consolatoria ad Apollonium perpulera de istis pœnis: & Plato decimo dialogo de republicum cum Heri refurgentis refert narrationes.

De Pœnis in iure pontificio vsurpatis, & de infamia. Cap. 29.

Tit. de pœnis in voluminibus iuris pontificii. De infamia, lib. 2. C. tit. 12. lib. 3. P. tit. 2.

- 1 Pœna iure pontificio vsurpata quæ.
- 2 Fama quid. Bona & mala num. 3. fama imago & vis eodem.
- 4 Fama bona quædam felicitas.
- 5 Existimatio bona fama est.
- 6 Infamia quid. eod.
- 7 Infamia species iuris civilis & pontificii, alia facti.
- 8 Infamia irrogata iure pontificio pro quibus. & a quibus aboleatur.
- 9 Infamies iure civili quis sunt & decantur.
- 10 Infamia facti quid. & quando committitur.
- 11 Infamies pœne effectus. & a quibus arceatur.
- 12 Infamia quomodo emittitur & tollatur. & num. 3.
- 13 Purgatio canonica non admittitur in crimine probato.

¶ Vere 7 pontificio impostæ sunt pœnæ partim a iure diuino, partim a iure civili Romanorum, & aliarum gentium translata, partim illi peculiare. Vtitur namque spiritualibus, in reparatione, seu reprehensione, vel monitione, de hac dicitur supra, infamia, depositione, degradatione, seu exauctoratione, censura seu excommunicatione, interdicto suspensione, anathemate: & aliis quoque corporalibus, abstinentia, ieiunio, verberibus, publicatione bonorū, detractione in monasterium, interdictione, loci peregrinatione, carcere perpetuo. Ex quibus quædam iam tractata sunt, quædam supersunt explicanda. Et proinde quæ iam dicta sunt prætermittam, reliqua interpretor. Et primum ageamus de infamia. Non possumus autem satis commode infamiam describere. vel definire, nisi prius quid fama sit intelligamus.

¶ Fama 7 itaque est frequens & vulgaris de aliqua re sermo: sic enim quum, vnde fama, a verbo quum, dico trahit originem. ¶ Et 7 cum sermones aliqua de re in bonam & malam proferri possint partem, & ad laudem & ignominiam, consequens est recte famam & bonam & malam constituere. Sic pro mala vsurpat absolute Virgilius 4. *Aeneid.*

*Fama malum, quo non aliud velocius ullum.
Mobilitate viget, virisque acquirit eundem.*

*Parna metu primo, mox sese attollit in auras,
Ingrediturq; solo, & caput inter nubila condit.
Illam terra parens ira irritata Deorum,
Extremam (ut perhibent) Cæo Enceladog, forem
Progenit. pedibus celerem, & pernicibus alis:
Monstrum horrendum, ingens cui quot sunt corpore plume,
Tot vigiles oculi subter, mirabile dictu,
Tot lingue, totidem ora sonant, tot surrigit auris, &c.
Ouidius his paria quoque scribit 12. *Metamor.*
Fama tenet summam, domum sibi legus in arce,
Innumerosq; aditus, ac mille foramina cæcis
Adiuit. & nullis inclusit limina portis.
Nocte dieq; patet, tota est ex ære sonans,
Tota fremit, vocatq; refert, iteratq; quod audit:
Nulla quies inuis, nullaq; silentia, arte:
Nec tamen est clamor seu pœna murmuræ vocis &c.*

Ælchines con. *Timarchum* scribit, famam effere in vulgus priuata cuiusq; studia multa quoq; diuinate, quæ futura sunt. Et in de sæpe in *Iliade* Homerum dixisse antequam quod futurum erat eueniret, famam ad castra venisse. Et *Heliodym* Deam dixisse in fine *Operum* & dixerunt:

*Non moritur, inquit fama omnino, quam turba virorum
I luvina dispersit, quoniam ipsa est una Deorum.*

Et Cicero circa finem *Topico*. Fama vulgi, multitudinis est quodam testimonium. Sic *Demosthenes* in proemio *exoratio. 21. alias 51.* *Aktionis*, inquit, in eisdem potestate sunt, a quo geruntur: at existimati, qua actiones sequuntur, nemo tantus est qui dominetur, sed qualemcumq; tandem res gesta excitantur, talis de auditoribus fama spargitur a populo. ¶ *Prouidendum* 7 igitur & danda opera, vt ea iusta videantur. Hanc itaque famam bonam spargi, iuane quippiam, & felicitas quædam videtur hominibus: sicut & *Pindaro*, dum ait in *Olymp.*

*id est in libro 4.
quæ quæ xalis, vt apud, id est,
Felix, quem bona deceret fama.*

Et rursum *Pind. Pith. o. hym. 4.*

*ad hunc 7. vnde dicitur
id est, id est, presertim & Musa bona fama.*

Atq; non contemnendam bonam famam, & malam esse omnino studio repellendam, docet mus, Deo fauente, in titulo de iniuriis. Falsa quippe sæpe est & mala fama bonorum, quam Deus permittit suscitari in humiliationem eorundem, can. omnes 6. q. 1. vt in timore operentur suam salutem. ¶ Bonam 7 famam existimationem vocant Iuriconsulci *l. pen. §. 1. de var. & excusat. cognit.* eaque dicitur dignitatis illæ status, legibus & moribus comprobatur: quia auctoritate legum ex delicto aliquo aut consumitur aut minuitur. Sic contra, infamia erit diminutio existimationis & status. Et in fin ma quot erunt diminutiones tot erunt infamie species. ¶ Idcirco contra 7 mala fama, quæ vt ple. 6. rursus; infamia dicitur, pœna loco est: um nomen bonum, & fama bona alieuius notatur. Vnde omnes dignitatem gradus infamibus viroque iure prohibentur. *l. de infamib. li. 10. C. 11. 57. Neque enim* inquit lex, *l. 2. de dignit. lib. 12. C. 1. 1. 1. fam. o. 15. & notus & quos scelus, aut vna turpitudine inquit. & quæ infamia ab honorum catu s. gregat, dignitate: pora patebunt* Ex quibus verbis etiam colliguntur infamie varæ species: alia enim iuris alia facti est. ¶ Iuris 7 vel pontificii, vel civilis: quando ab aliquo vel viroque horum iure ob aliquod factum, vel scelus iniurius nota, vel ipso facto vel interueniente iudicis sententia, seu ex genere delicti, vel pœnæ, vel modo, quo condemnatio fit. *c. infamies, §. porro, 3. q. 7. ubi gl. notabilis, qua hæc distinguit & probat.* ¶ Infamia 7 in iure pontificio irrogatur, vel ex pœ. cato mortali *c. illi qui, 6. quest. 3.* vel ex sententia excommunicationis *c. infamies, & can. illi qui, 6. q. 1.* Infamia pœ. cari quo ad culpam aboletur sacerdotali absolutione, dum ec. lesia iustitiam, *can. illi qui, can. 1. receptum, 3. 2. q. 5. in f. duo, 3. 5. q. 6.* Et si clericus maiori infamia notetur, aboletur a summo pontifice. *c. Ephemium, §. 1. 2. q. 3.* Infamies sic de latantur iure pontificio, *can. constitutum, 3. q. 6. c. infam. 6. q. 1.* homicida malefici fures, scelerati, raptores, adulteri, incestuos, venefici perituri, falsitentes & alii similes, & idcirco repulsi merito a testimonio dicendo: vt prænotatiores fidei Christiane hæretici. *ca. remi, 2. q. 7. hitriones, can. defimus, 4. q. 1. ecclesiasticorum bonorum directores, can. attendendum, 17. q. 4.* superiores calumniantes *c. consarguntur, 3. q. 4. simoniacus c. sane 15. q. 3. & si quinquem, 3. C. de episc. & cler. iua culpa irregularis factus clericus.*